HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Tu quoq. fili eius balthasar non humiliasti cor tuum cum scires hec omnia. Proinde tuus
quia elatum est cor eius et spiritus illius obfirmatus est ad superbiam depositus est de solio regni sui
et gloria eius ablata est et reliqua. Et tu quoque cum hec de parente cognoscere et scire qd
superbis dominus resistit humilibus autem dat gratiam non debuerat aduersum dominatorem celi
eleuare cor tuum et insultare illi maiestati et ea facere quae fecisti. Hunc locum quidam
ad antichristum referunt qui imitans patris sui diaboli superbiam contra dominum erectus sit. Si
querendum est abbis qui sit danihel qui eis scripturam dei interpretatus est et qui medi et persi
occidentes eum et succedentes in regnum eius. Nulli enim dubium quin p antichristum scilicet reg
naturi sint. Hec est autem scriptura quae digesta est. Mane techel phares. Et hec interpretatio
sermonis. Mane numerauit dominus regnum tuum et completuit illud. Techel apensum est in
in statera et inuentum est minus habens. Phares diuisum est regnum tuum et datum est medis
et persis. Tria tantum uerba in pariete scripta significauerat mane techel phares. quorum
prius numerum secundum appensionem tertio diuisionem sonat. Non solum quoque lectione op
fuit sed et interpretatione eorum quae legerat ut intelligeret quid hec uerba predicerent quae
scilicet numerasset dominus regnum illius atque complesset et appendisset in statera iudicii
sui et ante eum iugulare gladii quam natura dissoluerat et impium eius in medos
diuidere et persas. Cyrus enim ut ante iam dictum rex persarum uncto sibi dario auun
culo subuertit impium chaldeorum. Tunc iubente rege indutus est danihel purpura
et circumdata est torques aurea collo eius et predicatum est de eo quod haberet potestatem
tertius in regno siue tertie partis regni. Accepit autem insigne regum torquem et pur
puram ut dario quem erat successurus in regnum fieret notior et per notitiam honoratior.
Hec mirum si balthasar audiens tristia soluere et primum quod pollicitus est aut enim longo
per tempore credidit uentura quae dicerat aut dum dei prophetam honorat speratse uenia
esecuturum. Quam si non impetrauit maius fuisse credendum est sacrilegium in dominum quam
honorem in hominem. Eadem nocte interfectus est balthasar rex chaldeorum et darius
medus successit in regnum annos natus lxii. Josephus scribit in decimo iudaice
antiquitatum libro obsessa babylone a medis et persis dario uidelicet et cyro in
tantam uenisse balthasar regem babylonis oblitionem sui ut celeberrimum inuitet
cuiuium et in uasis templi biberet et obsessus uacaret epulis. Vnde potest stare hysto
ria quod eadem nocte sit captus atque iugulatus dum omnis aut uisionis interpretationisque
pauore terrentur aut occupati sint festiuitate et ebrietate cuiuium. Quod autem un
cente cyro rege persarum et dario rege medorum solus darius successisse in regno
scribitur ordo propinquitatis et regni est. Darius enim lxii duorum annorum erat et maius
regnum medorum quam persarum legimus et auunculus quem por erat iure naturae success
sor regni debuit numerari. Vnde et in uisione quae extra babylonem in esaia legitur
p multa quae longum est ponere hec futura narrantur. Ecce ego suscitabo super eos me
dos. qui argentum non quirunt nec aurum uelint si sagittis paruulos interficiant et